

Index Operarum, In Academia Christian-Albertina, Præterito semestri æstivo, nempe a Festo Paschatos ad Festum Michaelis absolutarum, & Per hoc hibernum, a Festo Michaelis 1711. usque ad Festum Paschatos 1712. impendendarum.

Terms and Conditions / Publikationserlaubnis

Die Erlaubnis zur Einsicht in die handschriftlichen Materialien schließt nicht die Erlaubnis zu deren Veröffentlichung ein. Diese bedarf der Zustimmung der Bibliothek. Bei jeder beabsichtigten Veröffentlichung oder bildliche Wiedergabe in gedruckten wie auch elektronischen Medien wird der Benutzer nachdrücklich gebeten, das Vorhaben jeweils vorher schriftlich mitzuteilen. Dies gilt auch für jede kommerzielle Verwendung. Für die Wahrung aller an einzelnen Objekten etwa bestehenden Urheber- und Persönlichkeitsrechte trägt der Benutzer selbst die Verantwortung. Die Handschriften, Autographen und Nachlässe sind mit ihren vollständigen Signaturen und der Besitzangabe „Universitätsbibliothek Kiel“ zu zitieren.

Bei Nutzung unserer alten Drucke für eine gedruckte oder elektronische Publikation ist die „Universitätsbibliothek Kiel“ als Besitzerin der im Internet abgebildeten Objekte zu benennen.

Wir bitten Sie, bei Nutzung unserer digitalisierten Bestände für Publikationszwecke ein Exemplar der Veröffentlichung als Beleg an die Bibliothek abzugeben.

Terms of use for the Digital Collections

Kiel University Library offers its Digital Collections free of charge for non-commercial research and teaching purposes.


Publication regulations

Please note that the permission to consult materials of our manuscript collection does not include the permission to publish them. Any publication requires Kiel University Library's consent. In case you would like to publish any of our materials we strongly ask you to notify us in advance (written form required). This holds true for both textual and visual reproductions in printed as well as electronic documents. The policy applies to all kinds of purposes, especially any commercial purposes you might pursue. It is the recipient's obligation to maintain any copyrights and personal rights that might exist. All reproductions of our manuscripts, autographs and literary estates have to be cited with their entire call number and the credit line "Kiel University Library".

When using parts of our digitized old and rare books for a publication (whether in printed or electronic form) it is compulsory that „Kiel University Library“ is cited as the copyright holder of the objects displayed on our website. In this case we kindly ask you to submit us a voucher copy of your publication.

Contact:

Universitaetsbibliothek Kiel
Leibnizstr. 9
24118 Kiel
Germany
Email: auskunft@ub.uni-kiel.de



Archiv

IV 272-1

Fich 591-1

AFich 591-1

Angefertigt von
Jens Blutau
Fotographie mfr.


556/55

[Indices
lectionum
Kiloniensium

1665-1714/15]

A

K



M 11

93

INDEX OPERARUM, IN ACADEMIA CHRISTIAN-ALBERTINA, Præterito semestri æstivo , nempe a Festo Paschatos ad Festum Michaelis absolutarum,

&

Per hoc hibernum , a Festo Michae-
lis 1711. usque ad Festum Paschatos 1712.
impendendarum.

K I L I Ä,

Literis Bartholdi Reutheri, Acad. Typogr.

M DCC XI.

EX ORDINE THEOLOGICO.



ENR. MUHLIUS, D. Professor Primarius, istam præcipue nunc operam sibi sumet, ut in Theologia ea, de quibus nunc maxime controvertitur, tum vere explicet, tum probe dijudicet. Cumque de Baptismo nonnulla & vera & antiqua orthodoxæ Ecclesiæ sancita & placita confidentius paulo subinde in hisce quoque oris impugnantur revertanturque, iis ipsis recte ac ordine percensendis vindicantisque hoc hiberno semestri vacabit, & ut plenius accommodatiusque pertractetur negotium, aureolum *Bugenbagii in Psalmum XXIX.* libellum de *Paedobaptismo atque infantibus nondum natis, & illis simul, qui nati baptizari non possunt,* in Ordinatione Ecclesiastica velut Normalem commendatum, Kiloniensibus prope diem absolvi Typis vulgarique curabit.

HENR. OPITIUS. D. Fac. Theol. Sen. & in supr. Senatu Eccles. Consiliarius, superiori semestri publ. Prophetam JONAM solide explanavit & succinctis annotationibus illustravit: Postea Theologiam Thetico-Polemicam inchoavit atque accuratam in eam introductionem, nec non doctrinam de Principio Theologiae cognoscendi una cum Articulo de Scriptura S. prolixè, prout dignitas materiæ postulavit, exposuit, & absolvit. Habuit item Orationem in memoriam Aug. Confessionis de MEDIIS, quibus veritas coelestis in ea contenta, ac tot tantisq; laboribus nobis restituta sarta testa conservari & ad posteros propagari possit. Sic publicè & privatim curam Lingg. Orient. denuo in se suscepit, atq; à svavissima matre Hebraea initium fecit quam & per præcedens semestre feliciter absolvit. Post hac publicas Lectiones tum Theologicas Thetico-Polemicas strenuè continuabit, tum diebus Mercurii & Sa.

Saturni Lectiones Orientales, & in iis, quæ ad Philologiam & Scripturam S. spectant, perspicue proponet. Privatum integrum cursum Orientt. Lingg. instituet. Docet publ. Hora X.

M 11

ALBERTUS zum FELDE/ Sacrarum Literarum Prof. Ordin. praeterlapsa aestate in explanando S. Matthaei evangelio ad Cap. XXIV, pervenit, eadem ratione, quantum Magistratus Academici negotia pertinent, in posterum perrecturus. Privatis laboribus Elencticam Theologiam exponet, & de cultu imaginum Anti Christiano propediem disputabit.

IN ORDINE JURIDICO.

NICOLAUS MARTINI, Serenissimi Principis Consiliarius Justitiæ, Academiæ Pro Caneclarius, JCtus Primarius & Pandect. Jurisque Publici Professor, quemadmodum quæ de Modis, quibus Obligationes tolluntur, adhuc differenda restabant, plane jam absolvit, omnesque adeo, quæ de Synallagmatibus spontaneis, sive de Pactis & Contractibus agunt, materias pertractavit, ita nunc ad Delicta eorumque explicationem, quantum per valetudinem viresque licebit, progredietur. Prælectionibus his hora nona destinata est.

SAMUEL REYHER, JC. Codic. & Mathem. Prof. P. in Codice ex libro XI. Titulum XXV. cum subsequentibus, nec non totum Tit. XII. item Librum I. cum XLIX. titulis Libri II. absolvit, Historiam Juris quoque repetiit, XXIX. Disputationes hebdomadarias sive Struvianas, & duas Fridericianas Juridico-Mathematicas posteriores, nempe II. die 25. Junii, III. die 22 Julii habuit, colloquia in Biblioteca Publica, de Isaaci Vossii Tractatu de Orig. Nili, Verulamii Sylva Sylvarum, Petri Job. Fabri Palladio, Magnani Perspectiva horaria, Vitruvia Germanico & Italico, Stevini munitione per cataractas, G. H. Behren Hercinia curiosa. Frontino, Kircheri Mundo subterraneo, Commentario Philandri in Vitruvium, Fürtenbachii

Feriis Architectonicis, instituit. Die 2. Maii Fridericianam
Juridicam de Spicilegio Historia & Juris, & à meridie pro-
duxit Hieronymi Giacharis Consilia, & Lauterbecci Re-
gentenbuch. Imposterum in Codicis explicatione per-
get, privata quoque collegia desiderantibus suam ope-
ram promittit. Legit publice hora. X.

EX ORDINE MEDICO.

GUNTHERUS CHRIST. SCHELHAMERUS, D.
Ad umbilicum perducta reliquorum morborum hi-
storia, curandique ratione, de lævissimo omnium, PE-
STE, quæ Libitinærationes in immensum augere solet,
& miseris mortales non ut ceteri, sigillatim sed grega-
tum ac turmatim rapit, ipsa nos invitante temporum
conditione, veluti in complementum ceterorum, paulo
accuratius acturi sumus: quo facto, ex ingrato hoc ac
tædii pleno, ad novum, & jucundius argumentum, quasi
deliniendi ulceratum animum gratia, transibimus, & *DE*
MORBIS ARTIFICUM, adductum eruditissimi Ramazz-
zini, Professoris Patavini, medicorum hodie viventi-
um celeberrimi, differere decrevimus, idque in pu-
blico nostro auditorio, quo omnes quibus volupe
est, accedere liberius possint. Privatos intra parietes, *Sig-
norum doctrinam* & in Verhayenium, anatomicū novis-
simum, notas tradere constitutum est. Docet hora X.

WILHELMUS HULDERICUS Waldschmiedt/ Med Dr.
& Prof. Ordin. elapso semestri aestivo Medicinam foren-
sem publice docuit, atque absolvit; non omissis exerci-
tiis botanicis, subinde institutis. Per instantem hyemem
vero doctrinam de tuenda sanitate & diaeta literatorum
proponet. Nec in aliis suæ Professionis partibus, legi-
time potentibus unquam deerit. Legit ab hora IX.

EX ORDINE PHILOSOPHICO.

SEBAST. KORTHOLTVS, Philos. moralis et Poet.
Prof. itemque Biblioth. Acad. praefectus, et ordinis
S. I. h. t. Decanus, ex quo praeterito semestri spatio pu-
bli-

MII

blice quam planissime explicuit, quae celeb. Buddeus in elementis philos. moralis edifferit de mente vna cum corpore agente, et de corpore eiusque partibus, ac rebus extra hominem positis, quae ad mores aliquid conferunt; operam suam eo nunc confert, ut eiusdem doctrinam de morbis mentis humanae ac praecipue voluntatis, nec minus de sanitate mentis, in primis voluntatis, sive de summa hominis felicitate quam aperi- tissime interpretando explanet, suisque commentationibus illustret. Tradita quoque proxime notitia auctorum qui de Poetis Graecis, Lat. Gall. Angl. Ital. Hisp. Dan. Suec. Belg. et Germanis sigillatim egerunt, et sex eclogis Maronianis, secus ac vulgo fieri consuevit, endatis, in eodem campo ex more suo decurrit. Neque deerit Bibliothecam in tempore inuisuris; et domesticis auditoribus, coetibusque litterariis habendis cupide vacabit. Quod reliquum est temporis tribuet tum dissertationibus patriis quae prela Ffurtensia exercent, tum disputationibus suis moralibus, quas non vnas meditatus est, propediem publicandis. Docet publ. hora III.

SAMUEL REYHER JC. Cod. & Mathematum Superior. & Inferior. Professor Ordinar. Publice Astronomiam Gassendi absolvit, Tredecim Demonstrationes Opticas in Camera Obscura instituit: quater stellas monstravit, Cultellationem & Aquælibrationem, in campo docuit. Geodæsiam in campo exercuit. Privatim Scenographiam, vulgo Perspectivam exposuit. Imposterum tam publice, quam privatum perget. Legit publice hor. I.

JOHANNES LVDOVICVS HANNEMANN, D. & Philos. Naturalis Prof. Ordinarius; Elapsa æstate, semper præmisso aliquo discursu præliminaride re aliqua naturali, postea suis auditoribus ex totius Naturæ theatro quæstiones petitas proponendi copiam fecit, interdum etiam loca in jurecivili obvia, quæ in se habent sensum Physicum intricatum enodavit, & ex tempore

illico (hoc pacto ultra 50. quæstiones solutæ sunt) pro cathedra solvit. Hac hyeme *bominem* *juxta suum statum naturalem & anomalum problematice pro cathedra contemplabitur: collegia, quæ per illustr. Studiosorū ordo desiderat, aperiet. Disputationes duas, alteram mense majō, alteram, quæ *Fridericiana* est, mense Julio habuit. Mox etiam de *Theaumatographia* auditus , quæ omnino sub prælo est; habiturus est præterea prælo commissit commentarium in *Espagnet*, qui erga festum paschatos edetur. *Omnia sub auxilio & præsidio Dei T. O. T. Maximi.**

IO. BVRCHARDVS MAIVS, Eloqu. & Hist. Prof. publ. ordin. finita nuper de noui Imperatoris electione, & insignioribus Imperii Romani conuersionibus publica tractatione, commentari coepit de origine, progressu & incremento historiae literariae, quo penso absoluto historiam Germanicam a saeculo XII ad haec usque tempora deducet tradet. Edidit eo consilio commentationem historicam de *augustissimae domus Austriacae fatis*, publicis disputationibus & preelectionibus destinatam. Nuper quoque sub nomine Germani Sinceri Teutoburgensis in lucem emisit disquisitionem de nouo Imperatore eligendo. Sudat etiam sub prælo disputatione Fridericiana de conuersionibus Imperii Romani ab Augusto usque ad *Constantinum M. Priuatim historiam Carolingicam* ex ipsis fontibus haustam, auspicabitur, & si qui adfuerint eloquentiae ciuilis, & humanioris literaturae amatores, exercitationes oratorias menstruas in Latina pariter ac Germanica lingua libenter instituet. Docet publice hora X.

2 WILHELMUS HKLDERICUS *Waldtschmiedt*/ Med. Dr. Phil. experim. Prof. Ordin. publice principia philosophicæ Cartesii explicavit. Collegium Privatum physico-experimentale curiosum, fere absolvit. Proxime vero quæ tractaturus sit, ex tabula publica indicabit. Legit diebus Merc. & Saturn. hora IX.

NICO-

NICOLAVS MÖLLERUS , Hist. Eccles. & Antiquit. S.
 Prof. Ord. elapsō semestri æstivo Historiam Ecclesiæ gentisque
 Hebrææ, nec non ritus Ejus antiquos, in compendio traditos,
 exposuit ; laboreque hoc ī nito, Ecclesiæ N. F. Historiam An-
 tiquitatisque Christianas explanare aggressus est. Incepit per
 instans semestre hybernum strenue persequetur, præfinitoque
 tempore una cum laboribus privatis absolvere penitus studebit.
 Docet horā post meridiem II.

CHRISTOPHORUS HENRICUS AMTHOR , Politicæ
 Prof. Ordin. & Extraordinar. Juris , quantum per deman-
 data Magistratus Academici munia licuit, præterito Seme-
 stri coepit prælectiones continuavit. Speciatim non solum
 Juris Naturalis prudentiam, verum & Philosophiam Civilem
 secundum partes ejus tam architectonicas quam axiomaticas
 perlustravit penitus, ostensa ubique doctrinarum ad facta ap-
 plicatione historica. Nunc lectiones publicas, privatas &
 privatissimas in Jus quod vocant Universale, Privatum & Pu-
 blicum meditatur ; Cujus instituti modum rationemque edito
 Programmate proxime latius indicabit. Legit publice die-
 bus Mercurii & Saturni, hora IX. & II. ante- & pomeridiana.

ALBERTUS zum FELDE / Logic. & Metaphys. Prof.
 P. doctrinam de Oppositione Logica brevissimis regulis com-
 prehensam variis controversiarum veterum ac recentiorum
 exemplis illustravit, & de verbis saepius maximam institui
 pugnam subinde commonstravit. Neque hac hieme suam
 desiderari industriam patietur, sed omni studio elaborabit,
 ut fori negotiæ literarum amoenitate condiat.

CAROLUS HENRICUS D'ARBEMON , Linguæ Gallicæ
 Professor Publicus & Ordinarius, In priore semestri, Artem
 exposuit Gallicas Epistolas componendi ; In proxime sequenti
 ea, quæ tradidit præcepta, ad optatam praxin perducet, innu-
 mera Exempla in omni genere scribendi Epistolas gallicas, par-
 tium ex proprio labore, partim ex celeberrimis Galliæ Scripto-
 ribus mutuata, in medium proferendo. Et ne quid desit au-
 ditorum utilitati, tanidu expectatam Academiæ Regiæ Parisi-
 ensis grammaticam, non jam pridem in lucem editam, expo-
 net ; Legit publice in ædibus propriis, propter instantem hys-
 mem, Diebus Mercurii & Saturni, mane horā Octavā, & post
 meridiem prima.

CHRI-

CHRISTOPH. MARTIN. BURCHARD. Med. L. & P. P.
quas promiserat Lectiones Phylcas ob certas rationes institu-
ere noluit: sed Auditorum utilitati consulens, Collegium pu-
blice de Morbis capitis aperuit. Explicavit itaque istos qui
Spiritus animales afficiunt, qui sensus lœdunt, adhuc explicandi
restant. Privatum Anatomiam docuit. Excursiones quoque
Botanicas aliquoties instituit. Conscriptis Dissertationem de Se-
cretione Lactis propediem habendam. docet Hora, III.

ANDR. LVDOV. KOENIGSMANN. Prof. Philos. extraord.
publice II. Antispinozianas & XII. Antivitichianas de Philosophia Pro-
phetarum exercitationes, historiamque & aliquot capita methodi
concionandi Lipsiensis cum Deo absoluit: quo labore exantlato sacra
Hebreorum & miracula contra Spinozam eiusque aſſeclas recentio-
res vindicare perget. Priuatum integrum Philosophiam moralem
iuxta cum Ethica characteristica & Politica tractauit, & ad Oratori-
am manu veluti duxit suos: in Biblico studio XL. pericopas euau-
gelicas illustrauit, & a Leudepoenycis imperitorum quorundam
Postillatorum exemplo noſtratum liberavit. Hanc vbi perte-
xuerit telam, Homileticam, in Philosophia vero rogatu nonnullo-
rum Iſagogen tradet in minoram Philosophiam, rationalem in primis
ac moralem, in Philologia denique oratoriam ciuilem continuabit, &
historiam oeconomiarum Dei in ecclesiā per omnia temporum interualla
ordine pander. Dissertationem publice habuit Antispinozianam
de certitudine Prophetarum, alteramque Fridericianam de iudicio Re-
gis Christi aduersus rebelles Iudeos, sub praeſeo iam sudantem, pro-
pediem habebit: priuatum vero in ius naturae aliquoties disputa-
uit, & congressus literarios de scriptoribus homileticis & morali-
bus instituit. Docet publice diebus Mercurii & Saturni ab hora
II. pomeridiana.

FRIDER. GENTZKE. P.P. per hoc semestre ſpatium in lectio-
nibus publicis doctrinam de Passionibus absoluit, in que uſum Au-
ditorum vitas virorum eruditione clarorum exponere inci-
piet. Privatum lectiones in Metaphysicam, Logicam & Philo-
ſophiam ciuilem, quam vocant Politicam, ad finem perduxit,
et que occupatus in tradendo Jure divino naturali, & positivo
universali, nec non fundamentis Mathematicis inculcandis. Ro-
gatu Auditorum ſuorum etiam lectiones in Philosophiam
naturalem, quam vocant Physicam, habebit, lucique exponet
Diff. de Nat. Spiritus & ment. human. Tom. II. Docet Hora
IX. Dieb. Merc. & Sat.

23. APR. 1981

27. APR. 1981

R

23. 6. 60

4. APR 1962

15. MAI 1962

24. MAI 1962

- 5. NOV. 1962

23. JAN. 1967

23. JUNI 1969

23. 6. 60

4. APR. 1962

15. MAI 1962

24. MAI 1962


-5. NOV. 1962

23. JÄR. 1962

23. JUNI 1962

Universitätsbibliothek Kiel
8\$0 00 440 332 0





EX ORDIN.

GUNTH. CHRIST.

In Clarissimi Ramazzini li-
tus erat, cum anno præter-
etio, ardua satis & difficilis
rumpere cogeret utilissimi
redire ad pristinam magis-
que deinceps pergere dec-
publicis malis intercedat,
scriptum elegantissimum
dium addixit quibusdam
lum rerum notitiam intra-
necessariam, ab ipso petier-
Medicæ fundamentis & p-

WILHELMUS HUL.

Dr. Prof. ord. & Facult. i
materiam medicam absolvit
ce egit. Nunc *historiam* p-
Turnefortianā, cuius com-
mum dictabit, propositur
in campus quam hortis sul-

EX ORDINE

SEBAST. KORTHOI

Ord. ac Bibliothecae Aca-
canus, proximo semestri
ductum celeberr. Buddei-
rum notitiam qui de Arte
commentati sunt. Quoru-
ca, Latina, Gallica, Italica
ditorum suorum exposu-
micam inuisentibus in te-
quibus V. D. diebus confu-
recitationes suas publicas

EDICO.


ELHAMERUS, D.
ois artificum occupa-
atus Academici fun-
imis temporibus, ab-
. Quo jam deposito;
occupationem, in eo-
perturbatio aliqua ex
suspendere jubeat, in
iones. Privatum stu-
enibus, qui in Natura-
, futuro Medico per-
erest temporis, artis
dinandis impendet.

Waldschmidt / Med.
s, superiore semestri
i corporis fabrica publi-
cundum methodum
uditoribus suis in cala-
missis herbilegiis tam
endis. Legit hora IX.

OSOPHICO.

of. Moral. & Poef. Prof.
stush. t. Ordinis sui De-
sophiam Moralem ad
ce, et tradidit Scripto-
vniuerse aut sigillatim
aria Germanica, Grae-
aliaque ante oculos Au-
necam quoque Acad-
quam non praefto fuit,
perget. Neque deerit
Poeticas frequentaturis.

Do-



the scale towards document